Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41832
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Vere dignũ et iustum est equ
ium et salutare
Nos tibi semper et
vbiq; gratias agere.
Domine sancte pa
ter omnipotens eter
ne deus. Qui corpo
rali ieunio vitia cõ
primis mentem ele
uas virtutem largi
ris et premia: per
xpm dominũ nostrũ
per quem maiesta
tem tuã laudant an
geli: adorant domi
nationes tremunt
potestates. Celi celo
rũq; virtutes ac be
atã seraphin: socia
exultatione concele
brant. cũ quibus et
nostras voces vt ad
mitti iubeas deprec
amur supplici con
fessione dicentes.

De sancta cruce

Aeterne pfatio
deus. Qui salu
tem humani generis
in ligno crucis con
stituisti. vt vnde mors
oriebatur inde vita
resurgeret. Et qui
per lignũ vincebat
in ligno quoq; vince
retur. per xpm domi
num nostrum. In
die sancto pasche

Per oia secula seculorũ
Dominus vobis
cum Sursum corda
Gratias agamus
domino deo nostro
Vere dignũ et
iustum est e
quũ et salutare